



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 29. Quinque Præsules Romana Purpura decorati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Templa solo æquata fuerint. Nihilominus tamen Pontifex, ut nihil ad Sæc. XVIII.  
 flectendum Imperatoris animum præ- A. C. 1727.  
 termisſiſſe videatur, rurfus quosdam  
 Præſules ad Eundem Sinas ablegavit  
 Oratores, qui cum muneribus, quæ  
 Pontifex & Luſitanix Rex ſubmiferat,  
 Peckinum delati, a Mandarinis intel-  
 lexerant, eos quidem ad alloquium ad-  
 miſſum iri. Imperatorem tamen, in-  
 dictis ſeveriſſimis pœnis prohibuiſſe,  
 ne vel verbulum de Religione Chri-  
 ſtiana inſpergerent. Parendum ergo  
 erat ejus mandato, unde hi Oratores  
 cum honore quidem excepti, traditis  
 tamen ultro citroque muneribus pau-  
 lopost re infecta in Europam reverti  
 jubebantur. Exeunte autem hoc anno  
 Pontifex recreabatur, accepto nuntio,  
 quod Ruſſix Imperator innovato Petri I.  
 ediſto omnibus Catholicis plenum in  
 Ruſſia religionis ſux exercitium in-  
 dulſerit.

## §. XXIX.

*Quinque Præſules Romana Purpura  
 decorati.*

Cum jam undecim Cardinales vitam  
 cum Purpura poſuiſſent, Bene-  
 dictus Papa die vigelima quarta No-  
 vembris habito ſecreto, ut ajunt, Con-  
 ſistorio

Sæc. XVIII. *istorio* quinque spectatissimos Præsules  
 A. C. 1727. Cardinalium Albo inscripsit. Ex his  
 primus erat Angelus Maria Quirinus  
 Ord. S. Benedicti Congregationis Cas-  
 finnensis, Brixienfis Episcopus, Car-  
 dinalis Presbyter tit. S. Augustini.  
 II. Didacus de Astorga & Cespedas  
 Hispanus Toletanus Archipræsul, Car-  
 dinalis sine titulo. II. Sigismundus  
 Comes de Kollonitz Archiepiscopus  
 Viennensis Presbyter Cardinalis tit.  
 SS. Marcelli & Petri. IV. Philippus  
 Ludovicus Comes de Sinzendorff Jau-  
 rinensis Episcopus, Presbyter Cardi-  
 nalis tit. S. Mariæ supra Minervam.  
 V. Joannes de Motta & Sylva Lusita-  
 nus, Canonicus Patriarchalis Ecclesiæ  
 Ulyssiponensis, Presbyter Cardinalis  
 sine titulo, quia nunquam Romam  
 venerat. Porro postremos hosce qua-  
 tuor Cardinales Benedictus Papa die  
 vigesima sexta Novembris promulga-  
 verat.

## §. XXX.

*Concilio Monasteriensis decreta.*

Eodem hoc anno Clemens Augustus  
 Colonienfis Archiepiscopus, S.R.J.  
 Elector ac simul Monasteriensis Episco-  
 pus Synodum Diœcesanam Monasterii  
 die decima quarta Octobris habuit, in  
 qua